



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

## VII.

**S**Vb idem tempus HEISTERBACI in Leo-  
bergica Montium prefectura, transitus venera-  
bilis GODSCALCI ex Volmundstein, cuius erat spe-  
ctata religio. Vir is apprimè modestus, Germa-  
num sese eius ordinis filium Virtutibus Regu-  
larumq; observantiā ostēdens, Vir inquā verè hu-  
milis & miræ patientiæ ; libentissimè, quidquid  
domi pérgrave & abiectum erat, subiens. Tan-  
dem cum vitam consentaneam, ex S. BERNAR-  
DI Patris institutoris sui spiritu ductis virtu-  
tibus exornâsset, honoribus repudiatis, malu-  
it inter suos Ascetas piè latêre, quâm vanè  
alibi patêre; solique servatori suo CHRISTO servire:  
quem, vt unicum amorem suū in sacra SYNAXI laten-  
tem quoties contemplatus fuit, toties æstu absu-  
mendum existimâsses, nisi illum oculorum sacrâ un-  
dâ temperâsset, quem jam cælo adscriptus,  
de facie in faciem, æternitate nullo fine ter-  
minandâ contemplatur. Ex Appar. Geleniano.

## VIII.

**B**RUNO illustri Comitum Altenanorum fa-  
milia oriundus, invitus planè ex Präposito  
Episcopus Colonensis 45. renuntiatus, suæ ætatis  
Episcoporum speculum, Cleri Norma, de quo illustre  
illud

illud, & à seculis raro auditum, Chronologi, constanti calamo testantur: Eundem vix triennio obtentam, dignitatem, tædio humarū rerū victum abieciisse; ad amicā sibi Monasticiæ vitæ quietem properasse; fratri ADOLPHO Ecclesiæ reliquēs, cucullum Montis VETERIS Cœnobio, auso generoso induens, quod Cistertiensis familiæ nobile Asceterium suis impendijs erexit, & fundavit Adolphus primus & ipse Altenanæ familiæ Dux & Caput. Habent hoc in loco plurimi Montani Duces sua reconditoria, & monumenta; ex longâ nocte olim ad tubam magni Angeli, lucem præstolantes. Fuit hic Bruno admodum familiaris D. BERNARDO, cuius etiam Spiritum, sanctosque mores, genuinus S. Magistri Discipulus, dum vixit, expressit. Salve ô nobile terris, & DEQ Sanctorum par! Buzel. Annales & alij.

## IX.

WALRAMVS Comitum IVLIAENSIVM, vt & sanguinis, ita & virtutum heres. Legitimis Cleri votis Colonienſi Cathedræ impositus, spes de fe conceptas non fecellit. Is cum sciret unicam salutem imperantis esse ex lege DEI

F 2

Rempubli-